



Num Gen. 15 componitur e duobus fontibus [J et E]?*

Dr. Janko Oberški

Bibliographia ad thesim: Num Gen. 15 componitur e duobus fontibus (J et E)?

Auctores catholici: A. Bea, *De Pentateucho*², Romae 1933. — *Enchiridion Biblicum*, Romae 1927. — P. Heinisch, *Das Buch Genesis*, Bonn 1930. — P. Hetzenauer, *Commentarius in Genesim*, Graeciae-Wiennae 1910. — G. Hoberg, *Genesis*², Freiburg in Br. 1908. — F. De Hummelauer, *Commentarius in Genesim*, Parisiis 1908. — E. Mangenot, *L'authenticité du Pentateuque*, Paris 1907. — J. Nikel, *Das Alte Testament und die vergleichende Religionsgeschichte*, Wien 1907. — J. Nikel, *Grundriss der Einleitung in das Alte Testament*, Münster 1924. — L. Pirot, *Dictionaire de la Bible, Supplément*, Paris 1928. — Pinard De la Boullaye, *L'Étude comparée des religions*, Paris t. I, 1922, t. II, 1925. — W. Schmidt, *Ursprung und Werden der Religion*, Münster 1930. — Schuster-Holzammer, *Handbuch zur Biblischen Geschichte*⁷, Bd. I, Freiburg in Br. 1910. — **Auctores acatholici:** J. D'Astruc, *Coniectures sur les anemoires originaux dont il paroît que Moÿse s'est servi pour composer le livre de la Génese*, Bruxelles 1753. — P. Bohlen, *Die Genesis historisch-kritisch erläutert*, Königsberg 1835. — Böhmer, *Liber Geneseos pentateuchicus*, Halle 1860. — U. Cassuto, *La Questione della Genesi*, Firenze 1934. — C. H. Cornill, *Einleitung in die kanonischen Bücher des Alten Testament*⁷, Tübingen 1913. — J. Dahse, *Textkritische Materialien zur Hexateuchfrage*, Giessen 1912. — F. Delitzsch, *Genesis*, Leipzig 1852. — A. Dillmann, *Die Genesis*³, Leipzig 1875. — B. D. Eerdmans, *Komposition der Genesis*, Giessen 1908. — J. G. Eichhorn, *Einleitung in das Alte Testament*, Leipzig 1803, II B. — W. Eichrodt, *Die Quellen der Genesis von neuem untersucht*, Giessen 1916 (Beiheft z. Zts. f. d. atl. Wiss. 31, 1916). — O. Eissfeldt, *Hexateuch-Synopse*, Leipzig 1922. — H. Gunkel, *Das erste Buch Mosis*, Göttingen 1911. — H. Holzinger, *Einleitung in den Hexateuch* 1893. — H. Holzinger, *Genesis*,

* Quoniam propter defectum characterum hebraicorum in typographia impossibile nobis est adducere vocabula et citationes in scriptura hebraica, necesse est ut ea exprimamus in transcriptione latina cursiva, quamvis haec transcriptio quandoque imperfecta et inadaequata sit.

Freiburg in Br. 1898. — H. Hupfeld, *Die Quellen der Genesis*, Berlin 1853. — K. D. Ilgen, *Die Urkunden des ersten Buches von Moses in ihrer Urgestalt*, Halle 1798. — B. Jacob, *Das erste Buch der Thora, Genesis*, Schocken-Berlin 1934. — E. Kautzsch-A. Socin, *Die Genesis mit äusserer Unterscheidung der Quellenschriften*, Freiburg in Br. 1888. — F. Keil, *Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kanon. Schriften des Alten Testament*, Frankfurt-Erlangen 1853¹; 1859². — A. Knobel, *Die Genesis*, Leipzig 1860. — E. König, *Die Genesis*, Gütersloh 1925. — W. Möller, *Einleitung in das Alte Testament*, Zwickau 1934. — O. Proksch, *Die Genesis*, Leipzig 1913. — E. Schrader, *Die Keilinschriften und das Alte Testament* 1903. — C. Steuernagel, *Lehrbuch der Einleitung in das Alte Testament*, Tübingen 1912. — F. Tuch, *Commentar über die Genesis*³, Halle 1871. — P. Volz—W. Rudolph, *Der Elohists als Erzähler: ein Irrweg der Pentateuchkritik*, Giessen 1933 (*Beih. z. Zts. f. d. atl. Wiss.* 63). — W. M. L. Wette, *Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kanon. Bücher des Alten Test.*⁴, Berlin 1869. — J. Wellhausen, *Die Composition des Hexateuchs*⁵, Berlin 1899.

Status Quaestionis

Per hypothesim fontium J et E, primo inductam a J. Astruc et postea magis exultam a Vellhausen aliisque sectatoribus sic dictae scholae criticae, in dubium vocare conabantur authenticam totius Pentateuchi in genere, eiusque originem et finalem redactionem ponere ad tempus multis saeculis posterius quam constans traditio israelitico-judaica necnon Ecclesiae catholicae per plus quam 17 saecula tenebat. Hoc modo asseclae scholae criticae fontem principalem historiae religionis revelatae, immo ipsius fundamenta labefactare et historica auctoritate destituere intenderunt.

Eodem modo ac totum opus, sc. Pentateuchum, tractabant etiam singulas partes integrales huius operis, i. e. singula capita, praesertim ea, quae magni momenti sunt in historia revelationis divinae et e quibus providentia divina supernaturalis in dirigendis factis oeconomiae salutis humanae clare et indubitanter apparet.

Mens scholae criticorum, imbuta falsis principiis, vel potius praeiudiciis aprioristicis negandi omnem supernaturalem influxum in communicatione divinae revelationis, eo tendit, ut originem religionis per causas omnino naturales secundum recentes theorias, sive philosophicas evolutionis, sive critico-litterarias, sive historico-archaeologicas explicet, tamquam phaenomena naturali modo evoluta.

Croniam igitur in capitibus Genesis, ubi narratur de historia patriarcharum, saepe fit mentio sive de communicatione supernaturali Dei cum hominibus, sive de prophetiis, quae ut res miraculosae secundum principia criticorum a priori non admittuntur, critici ad suas theorias recurrunt, ut inveniant alias explicationes rerum de quibus narratur. Primum negant authenticam respectivae pericopae

abjudicando eam Moysi, deinde confugiunt ad theorias fontium recentiorum, de quibus fontibus supponunt res narratas iam aliquo modo characterem mythicum alicuius popularis traditionis obtinuisse, ubi jam vix vera historia a fabulosis admixtionibus discerni posse opinatur.

Si sub respectu horum principiorum scholae criticorum consideretur c. 15 Genesis, facile e rebus narratis perspicitur ultima ratio criticorum, cur in hoc capitae diversos fontes distinguant, sc. ut omnia quaecumque ut supernaturalia et miraculosa narrantur, caractere supernaturali destituantur et ope diversum fontium dubii valoris historici theoriis mythorum explicentur.

Quaeritur ergo, utrum thesis scholae criticorum de distinguendis fontibus J et E ad Gen. 15 efficaciter applicari nec non scientificè et objective probari possit, ita ut rationabiliter haec pericopa Moysi (qui utique fontibus uti potuit) abjudicanda sit et ut proinde labefactetur eius auctoritas historica.

Momentum huius quaestionis etiam propterea praesertim elucet, quod recentissimo tempore de hac quaestione cum speciali applicatione ad Gen. 15 inter ipsos criticos protestantes in utramque partem disputatum sit, aliis theoriam fontium J et E in hoc capite defendentibus, aliis eandem confutantibus unitatemque auctoris defendentibus. Propterea haud parum utile erit de quaestione tractare.

Perspicuitatis gratia videamus: primo brevem conspectum historicum huius quaestionis et praecipuos repraesentantes variarum sententiarum quae proponuntur ad distinguendos fontes in hoc capite; secundo, subjiciamus analysi praecipuas rationes, quas critici ad confirmandam suam methodum investigandi adducere solent, et perpendamus earum valorem objectivum, num fundamentis scientificis innitantur. Proinde dissertatio duas partes habebit.

PARS I

CONSPECTUS HISTORICUS SENTENTIARUM CRITICORUM DE COMPOSITIONE FONTIUM IN GEN. 15

1. Sententiae acatholicorum

Pro diversitae successionis theoriarum criticorum, secundum quarum principia originem Pentateuchi, respectivè libri Genesis, explicare conabantur, etiam huic capiti critici varii generis non pepercerunt in applicandis suis principis idque in varios fontes dissolvebant abnegantes ei unitatem auctoris, sc. Moysis. Videamus igitur, quomodo singulae theoriae criticorum ad Gen. 15 applicatae sint.

a) **Gen. 15 in luce theoriae documentorum antiquioris.** Postquam J. d'Astruc (a. 1753) suam hypothesim duorum fontium principalium, *elohistici* et *jahvistici*, et 10 secundariorum, ex

quibus originem Genesis explicandam esse proposuerat (quamvis ipse de c. 15 Gen. expresse mentionem non fecerat),¹ mox (versus finem saec. 18) hanc hypothesim amplexi sunt protestantes Eichhorn² et Ilgen,³ qui eam sub nomine »Urkundenhypothese« etiam ad Gn. 15 applicaverunt. Sed iam hi duo in hac applicatione non omnino conveniunt in distiguendis fontibus. Dum Eichhorn in Gen. 15, 4—9 et 18—20 partes »Jahvistae«, in ceteris partes »Elohista« distinguit, Ilgen praeter J etiam duos E, scil. E₁, E₂ et insuper »collectorem« et 17 alia documenta distinguens, totum hoc caput fonti E₂ tribuit, quem proprio nomine »Eliel harisoheni« vocat.⁴

b) Applicatio theoriae fragmentorum. Secundum hanc theoriam, quam initio saec. 19 proposuerunt Geddes, Vater, De Witte, eosque secuti sunt Berthold, Bohlen et alii, aliqua fragmenta Pentateuchi a Moyse originem ducere posse conceditur, sed totum opus ad finem regni Judae redactum esse putatur.⁵ Quoad Gen. 15, De Witte hoc caput ad genus narrationum prophetarum reducit.⁶ Ipse has narrationes non ut documenta historica, sed ut diversa fragmenta antiquorum mythorum, desumpta e quadam epopaea nationali Israelitarum, ad instar epopaeae Homeri, tempore regis Josiae (638—609) collecta considerat.⁷ Bohlen in Gen. 15 animadvertit pericopas cum nomine Jahveh eminere narrationibus de miraculis et crassis anthropomorphismis.⁸

c) Applicatio theoriae supplementorum. Haec theoria inventa est circa medium saec. 19. Primarii propugnatores huius theoriae erant: Keil, Ewald, Bleek, Tuch; postea eam amplexi sunt Delitzsch F., De Witte et Stähelin.⁹ Asseclae huius theoriae historiam patriarcharum, ergo etiam pericopam Gen. 15, ut narrationes mythicas considerant, quae rationem originis in tendentia politica efformandi et fundandi conceptum theocratiae haberent.¹⁰ Ad hunc finem Tuch distinguit in hoc capite fontem fundamentalem (Grundschrift),

¹ J. D'Astruc, Coniectures sur les memoires originaux dont il paroît que Moyse s'est servi pour composer le livre de la Génèse, Bruxelles 1753.

² J. G. Eichhorn, Einleitung in das Alte Testament, Leipzig 1803, II B. 310, 336, 359.

³ K. D. Ilgen, Die Urkunden des ersten Buchs von Moses in ihrer Urgestalt, Halle 1798, 107—110, 469.

⁴ Eichhorn, o. c. 368—370; Ilgen, o. c. 469, 402.

⁵ E. Mangenot, L'authenticité du Pentateuque, Paris 1907, 26; P. Heinisch, Das Buch Genesis, Bonn 1930, 46.

⁶ De Witte W. M. L., Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kan. u. apokr. Bücher des Alten Testament, Berlin 1869⁸, 275.

⁷ Mangenot, o. c. 26—27.

⁸ P. Bohlen, Die Genesis historisch-kritisch erläutert, Königsberg 1835, LXXXVI et 177—182.

⁹ Mangenot, o. c. 28—30; F. Delitzsch, Genesis, Leipzig 1852.

¹⁰ Tuch F., Commentar über die Genesis, Halle 1871², I—XVIII.

quem Elohistam (E) appellat, deinde »supplementarium«, quem Jehovahistam (J) vocat, et manum »redactoris« (R). Ad J tribuit in Gen. 15 vv. 7, 13—16, 18. In v. 3 verba »Damascus Eliezer« simpliciter eiicit; de voce »ר^cק^bוֹשׁ« dicit apud utrumque occurrere ut archaismum.¹¹ Secundum hanc theoriam documentum E originem suam ducit ab aetate Judicum, ad quod tempore regum supplementa J accesserunt,¹² Sed cum hac sententia non concordat Keil, etiamsi assecla huius theoriae sit, sed totam narrationem Gen. cc. 14—16 e supplementis concinnatam esse dicit.¹³

d) Applicatio theoriae documentario-supplementariae. Cognita insufficientia theoriae supplementorum Ewald conatus est eandem complere et perficere combinatione cum theoria documentorum, inducens distinctionem 5 fontium. Eum secutus est M. Nicolas.¹⁴ Sed Knobel, dissidens ab Ewald, hanc theoriam ad tria documenta reducere conabatur. Totam pericopam Gen. 15 Knobel in genere adscribit J (ergo ad finem saec. 8 a. Ch.), excepto v. 13, quem aliis fontibus natiquioribus adscribit.¹⁵

e) Applicatio theoriae documentorum recentioris. Cum theoria documentario-supplementaria paucis tantum placuisset, critici denuo ad theoriam documentorum reversi sunt, praeunte Hupfeld, qui tria documenta distinguit, deinde eam ulterius eolverunt Böhmer et Nöldeke,¹⁶ praesertim autem Reuss, Vatke, Kuenen, Kayser, Graf et tandem Wellhausen,¹⁷ qui eam cum magno apparatu critico instruxit, omnino innixus principiis rationalismi et philosophiae hegelianae evolutionisticae eique nomen theoriae documentorum recentioris dedit. Ipsa etiam secundum suos maximos cultores Graf-Wellhauseniana appellata est. Secundum hanc theoriam in compositione Hexateuchi quattuor fontes distinguendi sunt: J(ahvista) e medio saec. 9 a. Ch.; E(lohista) e medio saec. 8 a. Ch.; D(euteronomium) codex legalis e tempore Josiae; P (Priesterkodex = codex sacerdotalis). Hos quattuor fontes dicunt Efram coniunxisse in unum librum medio saec. 5 a. Ch.¹⁸ Wellhausen applicando hanc theoriam ad Gen. 15 dubitat, an inter fontes E et J dividenda sit. Ille putat hoc caput probabiliter esse compositionem fontium

¹¹ Tuch, o. c. XL—LXV; LXIX—LXXV; 283—289.

¹² Mangelot, o. c. 30.

¹³ F. Keil, Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kanon. Schriften des Alten Testament, Frankfurt-Erlangen 1853⁴, 75; ed. 1859², 62.

¹⁴ Mangelot, o. c. (citatur Nicolas, Études critiques sur la Bible A. T. Paris 1862).

¹⁵ Knobel A., Die Genesis, Leipzig 1860, XVII—XXIV; 151—155.

¹⁶ Mangelot, o. c. 33—34; (citatur Hupfeld H., Die Quellen der Genesis, Berlin 1853; Böhmer, Liber Geneseos pentateuchicus, Halle 1860).

¹⁷ Mangelot, o. c. 34—37; Nikel J., Grundriss der Einleitung in das Alte Testament, Münster 1934, 10.

¹⁸ P. Heinisch, Das Buch Genesis, Bonn 1930, 46—47.

E et J, et quidem ita, ut J tamquam fons fundamentalis ex E completus sit. Affert rationem, quod non sit mos puri J describere Deum simpliciter colloquentem cum patriarchis sine indicatione loci, sed in narratione de aliqua theophania semper determinat locum, ubi apparitio facta sit, ut ita aliquo modo pro omni tempore sanctificetur.¹⁹

Hanc theoriam secuta est praeter iam memoratos numerosa series scholae criticae protestantium, qui omnes eam ut dogma fundamentale agnoscunt, etiamsi singuli eam non aequaliter applicent neque in deductionibus concordent, sed in varias abeunt partes. Haec diversitas etiam in applicatione huius theoriae ad Gen. 15 apparet, prouti ex sequentibus typicis exemplis patet.

Kautzsch et Socin hanc analysim Gen. 15 ponunt: v. 1—2 ad JE, excepto »qui est Damascus«, quod ut »ad ditamentum« R vel ut »glossam« considerant; tamen agnoscunt cum elisione huius »glossae« textum nullum rectum sensum dare; cetera a fine v. 2 et v. 3 adscribunt JE, quia accurata distinctio inter J et E, ut etiam aliis quibusdam huius scholae persuasum est, non est possibilis. Quoad reliquos vv. schema fontium sequens esset:²⁰

J	J ₂	E	R
fortasse v. 7 et 8	v. 4, 6, 9—11 17—18	v. 5	v. 7—8 12—16 19—21

Adhuc magis complicata distinctio fontium evadit apud Holzinger, sicut e sequenti conspectu patet:

J	E	Redactionalia,secundaria, glossae
v. 1*, 2a, 3b, 4, 6, 7s, 9a, 10a, 11, 12aα (b?), 17, 18a, (15a?), 18b	v. 1*, 3a, 2b, 5, 12aβ	v. 9b, 10b R? in 12b <i>chāšekhāh</i> ; 13—16 JEs; 18bβγ incipiendo a „ <i>minne har</i> “ RD; 19—21 JEs.

* Significat mixtum compositum E J.

¹⁹ J. Wellhausen, Die Composition des Hexateuchs, Berlin 1899³, 22—24.

²⁰ E. Kautzsch-A. Socin, Die Genesis mit äusserer Unterscheidung der Quellschriften, Freiburg in Br. 1888, 26—28.

Notandum est, quod Holzinger ipse agnoscit analysim huius capituli secundum theoriam Wellhausenianam valde difficilem esse. Ille dicit in eo inveniri vestigia fontis E. Inter v. 6 et 7 putat incisionem faciendam esse, quia in v. 5 supponitur iam nox, in v. autem 12—17 esse diem. In v. 2a et 3a videt duplicata. V. 2 tribuit ad J, 2b ad E. V. 1 dicit esse mixtum compositum ex J et E. De parte a v. 7—21 dicit praevalere tenorem fontis J, sed a manu secundaria adimpletum esse opinatur. De vocabulo ר'ק'ב'נ'ש dicit illud pertinere ad P; in v. 14a א'נ'ו'כ'י ad J. Phrasim כ'ר'ר'ת' ב'ר'י'ת relate ad Jahveh nimis anthropomorphicam, caeremoniam autem foederis crassum anthropomorphismum ad JE pertinentem esse putat.²¹

Proksch distinguit fontes J, E, P, U (Ursage-Urüberlieferung), R(edactor). In suo commentario omnino separatim disserit de textu uniuscuiusque fontis. In Gen. 15 divisionem fontium ita proponit: ad fontem J tribuit: 1 ab $\alpha\beta$, 3, 4, 8—12a, 17, 18a; ad fontem E: 1 by, 2, 5, 6, 21b, 13a, 14a, 15, 16; de scriptore fontis J dicit fuisse valde ingeniosum et secundum originem e Judaea natum, quia valde bene novit regiones et civitates huius terrae, vixit autem circa a. 970—932 a. Ch. De origine scriptoris E dicit eius patriam fuisse regnum septentrionale et vixisse circa a. 930—750 a. Ch. Quoad intelligentiam dicit non fuisse aequalem fonti J, sed in modo narrandi amat stilum popularem et refert multa miracula divina.²²

Driver et Skinner (Bible du Centenaire) volunt in Gen. 15, 1—6 invenire partes utriusque documenti, J et E, ad invicem permixtas; reliquam autem partem a v. 7—21 tribuunt fonti J.²³

Usque ad extremos fere fines in dissectione huius capituli pervenit Gunkel, sicut e sequenti schemate patet:

J	E	R, Addit.
1a (sine „bammachäzeh“) 1by, 2a, 3b, 4, 6, 9, 10, 12aab, 17abc.	In 1a „bammachäzeh“, deinde 1ba β , 3a, 5, 11, 12a β , 13a, 14a, 16.	2b, 7, 8, 12by δ , 13b, 14b, 15b, 18b—21.

Si synoptice secundum hoc schema textum discernamus, habemus sequentem dispositionem:

²¹ H. Holzinger, Genesis, Freiburg in Br. 1898, XXV; 147—151.

²² O. Proksch, Die Genesis, Leipzig 1913, 101 s; 284 s; 16 s; 281 s.

²³ Pirot L., Dictionnaire de la Bible, Supplément, Paris 1928, 21. (Verbum Domini, 1921, 25—27).

Conspectus divisionis fontium in Gen. 15 secundum Gunkel

Versus	D vel P	E	J
1		<p><i>bammachāzeh</i></p> <p><i>'al-tirā' 'abhrām</i></p> <p><i>'ānōkḥī māgen</i></p>	<p><i>'achar hadde bḥārīm</i></p> <p><i>hā'elleh hājāh</i></p> <p><i>dheḥar-jahveh</i></p> <p><i>'el-'abhrām</i></p> <p><i>le'mōr</i></p>
2			<p><i>lakḥ sekhārkhā</i></p> <p><i>harbēh me'ōdḥ.</i></p> <p><i>vajj'ōmer 'abhrām</i></p> <p><i>'ādḥonaj jēh(o)vi</i></p> <p><i>mah-titten-lū ve'ānōkḥī</i></p> <p><i>hōlekḥ 'āriri</i></p>
3	<p><i>ūben-mešeq bēthī hu'</i></p> <p><i>dummešeq 'elī'ezer</i></p> <p>(Gunkel eiicit quia „non dat sensum“!?)</p>	<p><i>vajj'ōmer 'abhrām</i></p> <p><i>hen-lī v'ō nāt hattāh</i></p> <p><i>zārā"</i></p>	<p><i>vehinnēh bḥen-bēthī</i></p> <p><i>jōreš 'ōthī.</i></p>
4			<p><i>vehinnēh dheḥar-</i></p> <p><i>jahveh 'elāv le'mōr</i></p> <p><i>lō' jirāškḥa zeh ki-</i></p> <p><i>'im 'āšer jēḡ' mim-</i></p> <p><i>mē'ekhā hū' jirāšekḥā,</i></p>
5		<p><i>vajjōḡē' 'ōt ō</i></p> <p><i>hachūḡāh vajjō'mēr</i></p> <p><i>habbet-nā' haššāmaj-</i></p> <p><i>māh ūse fōr hakkō-</i></p> <p><i>khābhīm 'im-tūkhāl</i></p> <p><i>lispōr 'ōthām</i></p> <p><i>vajj'ōmer lō kōh</i></p> <p><i>jihjeh zar'ekhā.</i></p>	

Versus	D vel P	E	J
6			<i>vehe'emin bajahreh vajjaehse b'ehā llo q'edh'āqāh.</i>
7	<i>vajj'ōmer 'elāv 'ānī jahreh 'āser hōqē' thikhā mē'ūr kasdīm litheth lek'hā eth hā'areq hazz'ōth lerišāh.</i>		
8	<i>vajj'ōmer 'ād'hōnāj jēh(o)vih dummāh 'ed'h'a ki 'irāsennāh. (Additamenta posteriora)</i>		
9			<i>vajj'ōmer 'elāv qe'chāh lī 'eglah me'sullešet ve'ez me'sulleseth ve'ajil me'sullās vet'ōr ve'gōzāl. (Gunkel dicit hic omis- sum esse quid cum animalibus fecisset.)</i>
10			<i>vajjiqqach-lō eth-kol- 'elleh vaje b'atēr 'ōthām battāvekh vajjittēn 'is-bithrō liqra'th rē'ēhū ve'eth- hazqippōr l'ō b'athar.</i>
11		<i>vajjeredh hā'ajit 'al- happegārīm vajjaš- šēbh 'ōthām 'ab'h'rām.</i>	
12		<i>ve'th ardemāh naf'elāh 'al 'ab'h'rām</i>	<i>vaje hī haššemes lābh'ō' ve'hinnēh 'emāh</i>

Versus	D vel P	E	J
	<p><i>chāšekhāh gēdōlāh</i> (Gunkel dicit haec vocabula fallente oculo e v. 17 huc translata fuisse.)</p>		<p><i>nōfeleth 'ālāv.</i></p>
13	<p><i>'arba' me'ōth šanāh.</i> (Addit. P)</p>	<p><i>vajj'ōmer le abh'rām jadoa' ted'a' kī-ger jih'jeh zar'āk'hā be'ereḡ l'ō lāhem va'ābh'adhūm ve'innū 'ōthām</i></p>	
14	<p><i>birekh'ūs gad'hōl.</i> (Addit. P)</p>	<p><i>ve'gam 'eth-haggōj 'āser ja'ābh'ōdh'ū dān 'ānōkh'i ve'achārē- khen jēḡ'ū</i></p>	
15	<p><i>tiggābh'ēr b'sēbh'āh tōbh'āh.</i> (Addit. P)</p>	<p><i>ve'attāh tūbh'ō' 'el- 'ābh'ōthekh'ā be'sālōm</i></p>	
16		<p><i>ve'dhor rebh'i'i jāšūbh'ū hēnnāh ki l'ō šālēm 'āvōn hā'ēmōri 'ad- hēnnāh.</i></p>	
17			<p><i>vaje hi haššemeš bā'ah va'ālātāh hājāh ve'hinnēh th'annūr 'āsān ve'lapi'dh 'eš 'āser 'ābh'ar bēn haggēzārim hā'ēlleh.</i></p>

Versus	D vel P	E	J
18	<i>minnehar miçrajim 'ad^h-hannāhar haç- gādōl nehar-perath,</i>		<i>bajjōm hahū' kārath jahveh 'eth 'abhrām b'erūth l'emōr lezar- 'ākha nāthattī 'eth- hā'areç hazz'eōth.</i>
19	<i>'eth-haqqenī ve'eth- haqqe nizzī ve'eth haqqadhemōnī.</i>		
20	<i>ve'eth-hachittī ve'eth-happe rizzī ve'eth-hāre fa'im.</i>		
21	<i>ve'eth-hā'emōrī ve'eth-hakkena'ānī ve'eth-haggirgāsī ve'eth-haje būsī.</i>		

Etiam Gunkel agnoscit analysim fontium in hoc capite esse valde difficilem, quinimmo hanc quam posuit esse tantummodo aliquem conatum distinctionis, Gunkel enim procedit a suppositione, quod fontem fundamentalem huius capitis fons J constituat. Huic dicit adnexa esse fragmenta similis narrationis fontis E, ad cuius indolem revelatio in »visione nocturna« pertinere opinatur; quoad enumerationem populorum a v. 18 usque ad finem capitis dicit non nisi ad augendam auctoritatem (soll imponieren) a redactore additam esse.²⁴

A Gunkel satis differt in analysi fontium huius capitis Steuernagel, qui imprimis divisionem generalem proponit in primam (v. 1—6 promissio posteritatis) partem, et secundam partem (v. 7—21 promissio terrae Chanaan). Quoad distinctionem fontium in parte prima vidit: J+E (ad J v. 1*, 2a, 3b, 4, 6; ad E v. 1*, 2b, 3a, 5); in parte secunda vidit: J+E coniunctum per Rd (ad J v. 7—11, 12*, 17, 18*; ad E v. 12aβ, 13—16; ad Rd v. 18bβ—21). De vv. 13—16

²⁴ H. Gunkel, *Das erste Buch Moses*, Göttingen 1911, 141—142; 144; 2; vel *Genesis*, Göttingen 1930⁸, 177—184.

putat eos impedire naturalem nexum et continuationem v. 17 ad v. 12.²⁵ Quoad indolem singulorum fontium dicit Steuernagel apud E. adesse maiorem capacitatem ad doctam transformationem traditionis quam apud J. Porro, ad indolem E pertinet mos accurate determinandi nomina locorum et personarum, etiamsi de iisdem tantum accidentaliter mentio fiat, et ideo quandoque chronologiam amat.²⁶ De utroque fonte dicit habere indolem narratorum, qui fortasse e pluribus variantibus argumentum hausisse videntur. Uterque sibi finem proposuit secundum praedefinitum prospectum (ergo tendentiose) texere historiam in ficto fundamento promissionum, quas ad antiquitatem ut initium historiae reposuerant.²⁷

Aliquatenus simplicius schema fontium proponit Cornill, qui ad J tribuit: v. 1, 2a, 3b, 4, 6, 9, 12, 17, 18; ad E: v. 1, 2b, 3a, 5, 11, 12a, 13, 14, 16; ad Rj tribuit: v. 1 et 19—21, ibique completissimam quidem sed non historicam enumerationem populorum Chanaanaeorum invenit. De J dicit non esse posteriorem tempore regum, tamen antiquiorem quam E. Secundum originem putat J esse probabiliter Iudaeum, E autem fuisse Ephraimitam e tempore regis Jeroboam II, sed post centum annos ab E₂ recensitum, qui adhibuit librum bellorum Jahveh.²⁸

Eissfeldt, qui tempore recentiore ad partem scholae criticae moderatae appropinquare videtur, in applicatione modificatae theoriae 4 fontium ad Gen. 15 commendat dispositionem fontium a Smend acceptatam, hoc in loco reductam ad 2 tantum fontes, sc. J et E, et quidem ita: ad J tribuitur v. 2*, 7—12, 17, 18; ad E v. 13—16, 19—21. Tamen ad aliquos vv. quasdam animadversiones addit, et quidem: v. 2b non intelligitur et videtur eundem sensum habere ac v. 3b; v. 7 Dillmann et quidam alii putant esse additamentum R, sed Eissfeldt cum hac sententia non concordat, nisi de nomine »Ur Kasdim«. In v. 12 »magnae tenebrae« putat cum Chauvin esse omittendum. V. 13 et 15 dicit cum Couard esse additamentum R. V. 19—21 cum Dillmann et E. Meyer iterum additamentum R esse dicit; Smend autem dubitat de genuinitate horum vv.²⁹ Sic videtur Eissfeldt e recentibus repraesentantibus criticae extremae appropinquare ad illam partem scholae criticae, quae mox post Wellhausen eiusque sectatores mitiorem viam secuta est.

²⁵ C. Steuernagel, *Lehrbuch der Einleitung in das Alte Testament*, Tübingen 1912, 141.

²⁶ Steuernagel, o. c. 206; 219.

²⁷ Steuernagel, o. c. 203—204; 226.

²⁸ C. H. Cornill, *Einleitung in die kanonischen Bücher des Alten Test.*, Tübingen 1913⁷, 42—44, 68, 82—83, 321—323.

²⁹ O. Eissfeldt, *Hexateuch-Synopse*, Leipzig 1922, X, 9, 11—12, 25, 90, 23*, 257*.

f) **Schola criticae moderatae.** Conclusiones et absurditates, ad quas perveniebant esseclae scholae criticae wellhausenianae, jam non potuit sustinere magna pars criticorum moderatorum protestantium, qui proinde in castra adversariorum wellhausenianismi transierunt. Inter hos distingui possunt tres classes:

α) Antiquiores, inter quos eminent Baudissin, Orelli Strack, Dillmann. Hi quidem distinguunt fontes E, J, D, P, tamen antiquioris originis quam wellhauseniani, neque historias patriarcharum ut mythos considerant. Applicando hoc systema ad Gen. 15 Dillmann vult totum caput in genere tribuere R(edactori), in quo tamen distingui possunt vestigia: fontis A = E, cui propter indolem linguae tribuit v. 4 et 14, vel propter indolem narrationis factorum v. 7, 13 et 18; fontis C = J in vv. 5 (stellae), 6 (*v^e hēemin*), 12 (*v^e t^bardemāh*), 15 (*b^ešalom*), 18 (*kārat^b b^erit^b*); fontis B = E, cui tribuit archaismos in v. 1 et 4 (*d^beb^bar — Jabveh*), in v. 2 et 3 (*ānōk^bi Jabveh*), in v. 18 (*n^ehar miğrain*); de vv. 9—11 et 17 dicit secundum stilum esse antiquioris originis quam vv. 12—16 ideoque facilius postea ac inter vv. 11 et 17 interpolari posse.³⁰

β) Recentiores moderati critici wellhauseniani, inter quos eminent Gressmann, Kittel, Löhr, Sellin, König, agnoscunt quidem 4 fontes, tamen eos temporis antiquiori adscribunt.³¹ Quoad Gen. 15 König non audet proponere certam distinctionem fontium, sed tantum aproximative, et quidem ad J tribuit vv. 1a β, 2, 4, 6, 16, cetera autem praevalet ad E.³²

γ) Novissimi adversarii theoriae wellhausenianae, qui ipsa principia huius theoriae aggrediuntur, at non omnes ex iisdem rationibus. Inter hos memorandi sunt: Klostermann, Dahse, Eerdmans, Green, Hoffmann, Eichrodt, Jacob, Möller, Rupprecht, Stärk, Volz, Rudolph, Wiener.³³ Ex his Eerdmans, quoad analysim Gen. 15 expresse dicit se non posse sequi schema fontium a Gunkel propositum, qui totum caput ut mixtum compositum considerat, sed proponit schema in duos fontes divisum: v. 1—6 ad fontem E, v. 7—21 ad fontem J tribuit. In usu nominum divinarum respicit etiam textum LXX, ubi Elohim in v. 6, 7, 18 vertitur cum *δ θεός*.³⁴

Sed thesim Eerdmans acriter impugnavit Eichrodt demonstrando totum caput Gen. 15 unico fonti tribuendum esse, quia differentiam nominum divinarum iudicat jam omnino insufficientem

³⁰ A. Dillman, Die Genesis, Leipzig 1875³, X—XVII, 256 s.

³¹ A. Bea, De Pentateucho, Romae 1933², 32—33.

³² E. König, Die Genesis, Gütersloh, 1925, 57, 67—69, 79, 493—500.

³³ J. Nikel, Grundriss der Einleitung in das Alte Testament, Münster 1924, 9—10; Bea, o. c. 33; idem in art. »Der heutige Zustand der Pentateuchfrage«, Biblica 16/1935/2, 177.

³⁴ Eerdmans B. D., Komposition der Genesis, Giessen 1908, 1, 34—35, 39, 83, 90—93.

criterium esse ad distinguendos fontes.³⁵ Ad concutiendum criterium diversitatis nominum divinatorum in distinguendis fontibus haud parum contulit Dahse comparando TM cum LXX eiusque variis re-ensionibus.³⁶ Ideo Sellin aperte fatetur theoriam fontium nequaquam esse rem adeo definitam ac antea admissum fuerit, sed instat periodus transitus et incertitudinis.³⁷

Nil igitur mirum, quod ultimis temporibus post tam immutatam orientationem P. Volz, etiamsi antea assecla theoriae 4 fontium fuerit, cum suo socio W. Rudolph in dissertatione »Der Elohist als Erzähler: ein Irrweg der Pentateuchkritik?« ut principalem scopum sibi proponit contra argumentationem Gunkel, Proksch, Eissfeldt et aliorum: **destruere fontem E et unicitem narratoris Genesis demonstrare**, ad quod ut peculiare paradigma assumit Gen. 15. Proinde hic jam non de »evolutione« sed de »revolutione« agitur.³⁸

Ceterum etiam apud protestantes conservativos thesim traditionalem fere in eadem linea cum catholicis de genuinitate et unitate Genesis et totius Pentateuchi contra scholam criticorum defendebant Rupprecht, Green (ex indole linguae), Wiener et praesertim W. Möller, qui perspicue demonstrat omnes hypotheses criticorum esse omnino arbitrarias et sine ullo solido fundamento scientifico exstructas.³⁹

Adnumerare possumus ut adversarium scholae criticorum etiam auctorem Judaeum B. Jacob, qui in suo amplo recentissimo commentario in Genesim irrefrenatam et arbitrariam methodum criticorum aperte reprehendit, quod sub umbra obiectivae scientiae meras hypotheses ut dogmata inconcussa proponere solent, revera autem auctoritatem scientiae persaepe obiurgationi exponunt. Hic commentando Gen. 15 omnino eius unitatem et genuinitatem defendit.⁴⁰

2. Sententiae theologorum catholicorum

Theologi catholici scientiae biblicae toto tempore successionis variarum theoriarum de fontibus et origine Pentateuchi constanti traditioni Ecclesiae catholicae fideles remanserunt, renuentes theo-

³⁵ W. Eichrodt, Die Quellen der Genesis von neuem untersucht, Giessen 1916 (Beiheft z. Zts. f. d. atl. Wiss. 31, 1916), 62—65.

³⁶ J. Dahse, Textkritische Materialien zur Hexateuchfrage, Giessen 1912, 69—70, 117.

³⁷ A. Bea, o. c. 33.

³⁸ P. Volz-W. Rudolph, Der Elohist als Erzähler: ein Irrweg der Pentateuchkritik, Giessen 1936 (Beiheft z. Zts. f. atl. Wiss. 63), 13; *Biblica* 16/1935/2, 182.

³⁹ W. Möller, Einleitung in das Alte Testament, Zwickau 1934, 10—12, 26, 32—34, 44—46.

⁴⁰ B. Jacob, Das erste Buch der Thora, Genesis, Schocken-Berlin 1934, 9, 389—406; 974—977.

rias criticorum iam propter falsa fundamenta philosophico-religiosa. Tamen quoad argumenta criticae litterariae et historico-archaeologica, quatenus eadem a falsis fundamentis philosophicis non dependere videbantur, aliqui exegetae catholici sententias suas modificare et temperare conabantur cum tendentia ostendendi, si doctrina criticorum probata sit, eam posse conciliari cum doctrina catholica. Hoc praesertim constat apud von Hügel, Lagrange, Vetter, de Hummelauer ante Decretum Pont. Commissionis Biblicae (27. VI. 1906),⁴¹ qui tamen omnes postea suas sententias iudicio Ecclesiae conformaverunt, exceptis Holzhey et Touzard, quorum sententiae criticismo faventes expresse ab Ecclesia reprobatae sunt.⁴²

Sunt quidem aliqui, qui proponunt aliquas sententias fontium, tamen in sensu quin adversentur doctrinae catholicae, ut v. g. Brucker, Zschokke, Döllner, Vetter, Schulz, Höpfl, Kugler, Nickel, Šanda, Göttberger et tandem Hoberg qui admittit postmosaica additamenta quoad codicem legum, et Heinisch, qui admittit moderatam theoriam supplementorum. Alii autem, ut Allgeier, Hetzenauer et Murillo omnino stricto sensu unitatem et authenticam Pentateuchi defendunt. Tamen omnes quoad Gen. 15 diversitatem fontium nullo modo in sensu criticorum admittunt sed propugnant internam unitatem et genuinitatem huius capituli.⁴³

PARS II

ANALYSIS SENTENTIARUM CRICORUM DE COMPOSITIONE FONTIUM IN GEN. 15

Ex iis, quae hucusque vidimus de sententiis variarum scholarum criticae rationalistarum, patet eos nulla argumenta externa adducere posse ad probandam thesism de existentia plurium fontium secundum sensum criticorum in Gen. 15. Quaecumque enim adducunt, tummodo apparentes rationes internae sunt, vel propositiones aprioristicae, procedentes ex erroneis principiis philosophiae hegelianae evolutionismi, applicatae ad historiam religionis populi israelitici. Examinemus ergo breviter naturam argumentorum criticorum, num revera quidquam certe et decisive probare possint.

1. Erronea principia philosophica

Errores fundamentales, ex quibus varii sectatores scholae criticae ad diversitatem fontium in hoc capite concludunt, imprimis

⁴¹ Enchiridion Biblicum, Romae 1927, n. 174—177.

⁴² A. Bea, De Pentateucho, Romae 1933², 34—35, (Decr. S. Congr. Consist. AAS 4, 1912, 530; Decr. S. Congr. Indicis AAS 5, 1913, 9ss. Decr. S. Officii 23. IV. 1920, AAS 12, 1920, 158).

⁴³ P. Heinisch, Das Buch Genesis, Bonn 1930, 61—64; Bea, o. c. 34—35.

sunt aprioristica et falsa principia philosophiae hegelianae evolutionismi, quae applicantur in methodo historiae religionis. Secundum haec principia plurimi asseclae scholae criticae putant religionem israeliticam, quoad suam originem, ad veteres mythos esse reducendam.⁴⁵ Ad hanc explicationem ideo confugiunt, quia apriori nolunt concedere historicitatem eventuum, qui connectuntur cum narratione de apparitionibus divinis supernaturalibus vel de miraculis. In applicatione huius principii ad nostrum caput dicunt narrationem de theophaniis modo miraculoso factis nihil aliud esse nisi mythos seu legendas, similes illis in narrationibus Homeri, conflatas ex variis narrationibus. Ex conspectu historico supra allato vidimus huiusmodi explicationem apud Eichhorn, Illgen, De Wette et tandem apud universam scholam wellhausenianam.

Quomodo ipsa principia theoriae evolutionis religionis ab origine mythica polytheistica ad monotheisticam falsa sint, satis demonstratum est investigationibus et comparationibus recentioribus decennis factis apud gentes primitivas, quae omnes contrarium ostendunt, nempe, religionem potius subisse processum depravationis et corruptionis a forma perfectiore ad imperfectiorem. Hoc demonstraverunt non solum investigatores eruditi catholici, ut W. Schmidt,⁴⁶ Koppers, Gasinde, Schebesta, Pinard De La Boullaye⁴⁶ in suis studiis scientiae comparativae religionum praesertim apud gentes primitivas, sed etiam eruditi acatholici, ut A. Lang, I. I. Fahrenfort.⁴⁷

Insuper impossibile est explicare, quomodo gens israelitica, si ab initio polytheistica fuisset, undique circumdata polytheismo et ipsa sola persaepe perversa et prona ad idololatriam, tandem per tam pauca saecula suae evolutionis unica naturali modo ad tam altum gradum purissimi monotheismi pervenerit. Hoc certe esset maximum miraculum, quod nemo criticorum explicare conatus est.

Nil igitur mirum, quod recenter etiam quidam ex asseclis scholae criticae moderatae, ut v. g. König, Beer, Kittel, et alii fatentur cultum monotheisticum Jahveh iam circa a. 1800 a. Ch. historice probari posse.

Denique quoad ipsam methodum applicationis principiorum criticorum perfectissimus fit circulus vitiosus: nam ex diversitate documentorum biblicorum probatur evolutio naturalis religionis israeliticae, et ex hac evolutione postea distinguuntur diversa documenta

⁴⁵ J. Nikel, *Das Alte Testament und die vergleichende Religionsgeschichte*, Wien 1907, 4—9.

⁴⁶ W. Schmidt, *Ursprung und Werden der Religion*, Münster 1930, 179—188.

⁴⁶ Pinard De la Boullaye, S. J., *L'Étude comparée des religions*, Paris 1922, t. I, 478; t. II. 1925.

⁴⁷ Bea o. c. 40.

et probatur theoria.⁴⁸ In casu concreto, quoad nostrum caput Gen. 15, quia a criticis non admittuntur miraculosae apparitiones Dei ad Abraham neque verae prophetiae de eius posteritate, negatur historicitas narrationis et reducitur ad legendas phantasticas de quodam mythico praeavo israhelico Abraham, conflatas e variis fontibus diversorum temporum. Hac autem deductione demonstratam esse volunt hypothesim de evolutione religionis israhelicae.

2. Erronea principia litterario-linguistica

a) **Diversitas nominum divinorum.** Maxime notum principium, ex quo fere omnes asseclae scholarum criticarum iam inde a suis initiis procedunt, et quo ut certissimo criterio innituntur idque ut dogma fundamentale agnoscunt, est usus diversorum nominum divinorum, sc. Elohim et Jahveh. Immo adhuc hodie plerique asseclae scholae criticae wellhausenianae putant hoc criterium esse, si non peremptorium, saltem in praxi maxime obvium et commodum.⁴⁹

Sed iam ipsum factum, quod haec theoria ut criterium ad dignoscendos fontes in libro Genesis a J. Astruc, professione medico et scientiae biblicae imperito, a ceteris autem posterius sine seriosa critica inquisitione inducta et universaliter acceptata sit, minime auctoritatem suam scientificam commendat. Hoc criterium applicatum ad Gen. 15, ut inter ipsos quosdam criticos agnoscitur, minime aptum evadit ad dignoscendos fontes, quia ob dubiam punctationem in textu hebraico et ob insequentem modum vertendi in LXX valde incertum est, ubinam primitus vox Jahveh vel Elohim adhibitum sit. Hoc bene animadvertit Dahse agnoscens quod diversitas vertendi nomina divina hoc in loco maximas difficultates parit, ita ut critici omnino dissentiant et in varias abeant partes. Curiosum est observare, quomodo variantur hypotheses de distinguendis fontibus in hoc capite propterea, quia variatio nominum divinorum in TM non concordat cum illa in versione LXX. Difficultas peculiaris exurgit ex hoc, quia in TM nomen Jahveh occurrit cum punctatione consueta in vv. 1, 4, 6, 7, 18, sc. *j^e hōvāh* deinde in v. 2 et 8, ubi Abraham Deum alloquitur, occurrit duplex nomen divinum in phrasi *'ād^b ōnāj j^e hvih* (probabiliter legendum *'ād^b ōnī*) quae punctatio indicat *j^e hōvāh 'ēlōhim*. Si hic textus comparetur cum versione LXX, apparent sequentes diversitates: in v. 1 *κύριον*, in v. 2 *Δέσποτα κύριε* in Cod. B, vel *Δέσποτα* in Cod. A; in v. 4 *κύριον*, in v. 6. *τῷ θεῷ*, in v. 7 *ὁ θεός*, in v. 8 *Δέσποτα κύριε*, in v. 18 *κύριος*.⁵⁰

⁴⁸ Bea, o. c. 40—42.

⁴⁹ Bea, o. c. 44; J. Dahse, *Textkritische Materialien I*, 1912, 115, ostendit hoc criterium de facto (v. g. apud Gunkel, *Die Genesis*) fere semper ut peremptorium haberi.

⁵⁰ Dahse J., *Die Textkritische Materialien zur Hexateuchfrage* Gies-sen 1912, 69—70, 117.

Ex hac comparatione valde difficile est critice reconstruere textum primigenium, ubinam fuerit vox *j^e hōvāh* vel *'ēlōhīm* et consequenter criticis erat fere impossibile statuere divisionem fontium secundum solum criterium diversitatis nominum divinatorum. Proinde alii tantummodo textum M respiciebant, alii textum LXX tantum, alii utrumque componere studebant et ita in divisione fontium dissentiebant. Sic Holzinger, Proksch et Gunkel, sequentes textum hebraicum secundum diversitatem nominum divinatorum, omnes versus huius capituli comminuerunt in parva fragmenta et in distinguendis fontibus usque ad absurdum pervenerunt, quia talis distinctio ostendit singulas partes iam nullum sensum dare.

Cum autem Eerdmans conatus est ope lectionis LXX ita reconstruere distinctionem nominum divinatorum, ut perveniret ad aliquam homogeneitatem in parte prima, sc. v. 1—6, et in parte secunda, sc. v. 1—18, ut possit v. 1—6 ad E, v. autem 7—17 ad J tribuere, surrexerunt Eichrodt et Volz contra hanc methodum ut non scientificam.⁵¹ Hac occasione Eichrodt ironice animadvertit criterium nominum divinatorum fuisse calceos, in quibus critica Pentateuchi primum cursum didicit, sed qui iam nunc omnino deponendi sunt, ne impediant ulteriorem progressum criticae scientificae. Ideo ipse hoc criterium incertum et insufficientem fundamentum ad distinguendos fontes putat. Cum eo concordant: Steuernagel, Kittel, Kennedy et praesertim W. Möller.⁵²

De problemate diversitatis nominum divinatorum in Pentateucho etiam inter theologos catholicos disputatur, sed hucusque solutio peremptoria non est data. Imprimis secundum sententiam P. Vetter et Heinisch TM videtur quidem conservasse fidelem assignationem nominum divinatorum, sed negat ex illis concludi posse ad diversos fontes, cum in adhibendo nomine Dei certe extiterunt quaedam leges a scriptoribus independentes.⁵³ F. de Hummelauer et Hoberg in suis commentariis in Genesim proponunt nomen *j^e hōvāh* (*jahveh*) primitus in textu non exstitisse, sed posteriore demum tempore irrepsisse. Aliter e contra Hontheim asserit TM remansisse incolumem et ostendere conatur in sacro textu adesse ordinem expresse ab ipso auctore quaesitum et intentum, unde plane unitas auctoris appareat.⁵⁴

⁵¹ W. Eichrodt, *Die Quellen der Genesis von neuem untersucht*, Giessen 1916 (Beiheft z. Zts. f. d. Atl. Wiss.) 31, 62—65; Volz-Rudolph, *Der Elohist als Erzähler; ein Irrweg der Pentateuchkritik*, Giessen (Beih. z. Zts. f. d. Atl. Wiss.) 63, 14—15.

⁵² Bea, o. c. 54.

⁵³ Bea, o. c. 47; Heinisch P., *Das Buch Genesis*, Bonn 1930, 13—14.

⁵⁴ Bea, o. c. 47; F. de Hummelauer, *Commentarius in Genesim*, Parisiis 1908, 4—14; Hoberg G., *Genesis*, Freiburg in Br. 1908², XXI; J. Hontheim, *Zeitschrift f. kathol. Theologie* 34 (1910), 625—640.

Ad solutionem huius problematis videtur probabilissima esse sententia, quae rem considerat non tantum ex parte linguistica et litteraria, sed etiam ex parte psychologica et religiosa. Secundum hanc sententiam usus diversorum nominum divinorum apud sacros scriptores non determinatur aliqua lege ferrea et absoluta, sed respicit tum leges psychologicas linguae, tum phraseologiam ligatam ad quasdam consuetudines loquendi et formas litterarias usitatas, tum denique conceptus religiosos populi Israel. Ceterum hanc explanationem esse verosimillimam constat praesertim ex usu loquendi scriptorum sacrorum N. T., e. g. s. Pauli Apostoli, quia Christum Dominum vocat *Κύριος, Θεός, Χριστός, Θεοῦ Υἱός*. Denique hoc ipsum maxime proprium est linguis semiticis etiam hodie, ut in locutione diversissima synonyma ad designandum unum eundemque conceptum adhibeant. Si haec principia ad nostrum caput applicentur, omnino facile intelligitur diversus usus nominum divinorum. Immo vero, psychologicè et stilisticè optime congruit naturae rei, cum e. g. in locutione directa Abrahae ad Deum adhibetur phrasim *'ād ḥōnī 'ēlōhim* unde patet magna reverentia et usus urbanus loquendi Abrahae ad Deum; dum in relatione narratoris historiae simpliciter adhibetur *jahveh*. Nulla ergo etiam in nostro capite adest ratio propter usum diversorum nominum divinorum confugiendi ad fontes imaginarios »jahvisticum« vel »elohisticum«.⁵⁵

b) Diversitas stilistica et lexicographica. **Stilistica.** Praeter diversitatem nominum divinorum critici rationem distinguendi plures vel saltem duos fontes in Gen. 15 inveniunt in diversitate stilistica, quam in hoc capite occurrere dicunt. Sic asserunt habere propriam indolem stilisticam »jahvistam«, diversam ab indole narratoris »elohistae«. Immo vero, contendunt etiam posse distingui varietatem intelligentiae et conceptionis theologicae, sed in hoc quandoque aliqui sibi invicem contradicunt. Dum e. g. Proksch dicit J esse ingeniosorem (cf. supra p. 235) quam E, Steuernagel e contra fonti E maiorem intelligentiam tribuit quam fonti J (cf. supra p. 240). De fonte J dicunt critici wellhauseniani, Holzinger, Gunkel, Proksch, amare anthropomorphismos, descriptiones cum accurata determinatione loci et personae, dum de E iidem critici dicunt amare stilum popularem, narrationem de miraculis et theophaniis (cf. supra p. 235 et 239); sed Steuernagel fere omnino contrarium asserit: E determinat accurate circumstantias loci et personarum, praesertim illarum ex Aegypto, amat chronologiam et similia (cf. supra p. 240).

Jamvero ex his contrariis opinionibus criticorum constat eorum rationes distinguendi varios fontes ob indolem stilisticam esse omnino arbitrarias, subjectivas et sine ullo solido fundamento scientifico. Insuper modus procedendi criticorum in distinguenda indole stilistica videtur esse mere mechanicus et materialis, cui

⁵⁵ Bea, o. c. 53—56.

deest cognitio experientiae internae et psychologiae linguae, quam scriptores sacri secuti sunt. Porro notandum est stilum orientalium in genere, in specie autem tempore antiquo, omnino diversum fuisse quam nos ad modum nostrorum conceptuum nobis imaginari possumus.⁵⁶

Nihil igitur obstat eundem auctorem secundum naturam materiae vel secundum dispositionem psychologicam potuisse adhibere varium stilum, modo vividum, modo serium et abstractum, prouti jam naturae rei correspondebat.⁵⁷

Diversitas lexicographica. Porro critici quoad Gen 15 adducunt quaedam vocabula, ex quibus ad diversitatem fontium concludere solent. Vocabula, ad quae in hoc capite saepissime provocant ad designandos varios fontes, haec sunt: *'ānōk^bī* in vv. 1, 2, 14, quod critici fonti J tribuunt; *'ānī* in v. 7, quod critici fonti E tribuunt; *ba'ēmōrī* in v. 16 et 21, quod fonti E tribuunt in oppositione ad vocem *hakk^e nā'ānī* in v. 21, quam ad J tribuunt; porro vox *r^ek^buš* in v. 14 secundum Holzinger et Gunkel fonti P tribuitur; proinde volunt hoc loco supprimere phrasim *bir^ek^buš gad^bōl*, ut reliqua facilius tribuerentur fonti J, pro quo secundum eorum opinionem vox *'ānōk^bī* testatur; tandem phrasim *karat^b b^erit^b* in v. 18 fonti J tribuunt, quia dicunt non fuisse antiquitas notam.⁵⁸

De his vocibus critici dicunt eas in variis aetatibus temporis in usu fuisse ideoque esse signa manifesta deternimatae aetatis, et proinde tribuendas esse variis fontibus. Sed ad hanc assertionem respondendum est eam esse sine sufficienti scientifico fundamento. Nam ad possibilitatem determinandi, num aliqua vocabula in certo tempore in usu fuerint, necesse est considerare totam seriem litteraturae per successionem alicuius temporis. Sed etiam tunc non est facile statuere formas antiquiores et recentiores. Praesertim autem difficultas augetur, si scriptores temporum recentiorum propter certas rationes litterarias studiose formas archaisticas linguae adhibeant, prouti in V. T. saepe accidit apud prophetas, qui adhibent formas linguisticas occurrentes in libris multa saecula antiquioribus. Insuper fatendum est, quod hodie historia linguae hebraicae nondum satis cognita est, ut cum absoluta certitudine determinari posset tempus usus alicuius vocis, neque ex hac determinatione fontes distingui possunt. Quoad autem memoratas singulas voces, ex quibus critici in Gen. 15 diversos fontes dignoscere volunt, aliqua breviter animadvertenda sunt.

Quoad voces *'ānōk^bī* et *'ānī* non habetur vera successio in cursu temporis in quo earum usus apparet. Sufficit comparare

⁵⁶ P. Heinisch, o. c. 21—22.

⁵⁷ Bea, o. c. 69—70; Cassuto U., La Questione della Genesi, Firenze 1934, 117—127.

⁵⁸ Bea, o. c. 57; Holzinger H., Einleitung in den Hexateuch 1893, 93(J), 181(E), 283(D), 338—349(P).

scripta Jeremiae prophetae, apud quem occurrit 54 'ānī, 37 'ānōk^{bī}, et Ezechielem apud quem occurrit 182 'ānī et 1 'ānōk^{bī} et scriptum ut dicunt documenti D, quod critici dicunt esse contemporaneum fere cum Jeremia, et in quo occurrit 9 'ānī et 56 'ānōk^{bī}. Recte proinde hic animadvertit Heinisch, cur critici etiam in citatis libris prophetarum divisionem fontium secundum principia wellhauseniana non applicent?⁵⁹ Ex hac comparatione aperte patet rationem diversitatis fontium nullo modo posse quaeri ex aetate originis harum vocum pronominalium. Et revera hodierni periti scientifici linguae hebraicae diversitatem usus huius pronominis non ex diversitate originis temporis antiquioris vel recentioris, sed ex diversitate usus, quem requirit grammatica et syntaxis linguae hebraicae, determinant. Pronomen enim 'ānī adhibetur in illis casibus, ubi ille qui loquitur seipsum praesentat, si praedicatum sit nomen proprium, v. g. in Gen. 15, 7 'ānī *jahveh* = ego sum *Jahveh*; notandum est hic non esse emphasis in »ego«, sed in voce »Jahveh«. Similiter e. g. in Gen. 45, 4 'ānī *jōsēf* = ego sum *Joseph*..., emphasis ponitur in voce »Joseph«, qui se praesentat fratribus suis. Econtra in casibus, ubi specialis emphasis ponitur in pronomine primae personae singularis ut in subjecto, ut extollatur maior vis subjecti quam praedicati, adhibetur vox 'ānōk^{bī}.

In Gen. 15, 1 phrasis 'ānōk^{bī} *māgen* vult emphatice extollere vim pronominis »ego«: »Ego« (sc. Deus) sum protector...; vel in v. 2. 'ānōk^{bī} *holek^b* = Ego autem abibo...; vel in v. 14 *dān 'ānōk^{bī}* = iudicabo ego.⁶⁰ Ergo non consistit differentia usus huius pronominis in diversitate lexicographica aetatis vel originis, sed in diversitate grammaticalis significationis et positione syntactica. Proinde nullum fundamentum datur, ut ratione diversitatis formae huius pronominis concludatur ad diversitatem fontium.

De vocabulo *hā'ēmōrī* quod in Gen. 15, 16 et 21, et *hakk^e nā'ānī* quod in v. 21 occurrit, critici etiam asserunt indicare diversitatem fontium, et quidem *hakk^e nā'ānī* dicunt proprium esse fontis J, *hā'ēmōrī* autem proprium fontis E, qui hoc nomine gentis posterioris usus sit ut nomine colectivo pro Chanaanais. Ita Wellhausen, Meyer, Holzinger, Budde et Proksch. Ad hoc ostendendum Meyer etiam multis textibus vim inferre conatus est supprimendo aliquos passus ut interpolationes, quae methodus certę scientifica vocari nequit. Ceterum nunc etiam ex aliis fontibus archaeologicis, et quidem ex textibus assyrobabylonicis et aegyptiacis paulo ante epocham amarnensem, ex quibus constat gentem Amorrhaeorum vel Amurru existisse infra 2500—1600 a. Ch. (ergo tempore Abrahae) in Palestina ut regnum valde potens et extensum. Recentiore tempore inventa sunt enim 250 fragmenta figulacea cum inscriptionibus aegypt-

⁵⁹ P. Heinisch, *Das Buch Genesis*, Bonn 1930, 19; König E., *Der doppelte Wellhausenianismus*, 1927, 15.

⁶⁰ U. Cassuto, *La Questione della Genesi*, Firenze 1934, 117—120.

tiacis, quae continent verba imprecatoria (Ächtungstexte) contra hostes regni aegyptiaci. Inter hostes commemorantur ex Syria et Palestina Amorrhaei. Ideo videtur non esse impossibile, quod auctor sacer utrumque nomen, sc. Amorrhaei et Chanaei, bene noverit eisque usus est, sed fortasse propter concisionem stilisticam in v. 16 Amorrhaeos tantum, qui potentissimi erant, commemorat, subintelligens etiam alios. Ceterum etiam hodie iidem gentes saepe variis nominibus appellari solent (Germani, Allemands, Deutschen). In v. autem 21, ubi datur occasio enumerandi varias gentes Palaestinam inhabitantes, expresse praeter Amorrhaeos etiam alias gentes indicat.⁶¹

De voce *r^ek^buš* in Gen. 15, 14 asserunt critici Holzinger et Gunkel eam pertinere ad fontem P, etiamsi affirmant hunc versum secus pertinere ad J. Ideo hoc vocabulum cum sequenti *gād^bōl* simpliciter eliminant e textu ita, ut sensus omnino mutilatus remaneat. Sed haec vox pluries occurrit tum in praecedentibus capitibus (Gen. 12, 5; 13, 6; 14, 11. 16. 21), tum in subsequentibus (Gen. 31, 18; 36, 7; 46, 6) et in aliis locis. Curiosum est quod critici in Gen. 31, 18 textum tribuunt ad E, hanc autem vocem supprimunt tribuentes eam fonti P. Sed de huiusmodi methodo recte animadvertit Cassuto non posse amplius vocari scientificam.⁶²

Proinde etiam hic nulla adest ratio distinguendi diversos fontes eo magis, quia sensus membri in v. 14, reiectis verbis: *bir^ek^buš* *gād^bōl* omnino mutilatus manet.

De phrasi *kārat^b b^erit^b* in v. 18 critici gratis asserunt eam esse recentioris aetatis, compositam ab utroque fonte (*b^erit^b* J; *kārat^b b^erit^b* JE). Idea foederis saepe non solum apud prophetas commemoratur (Os. 8, 1; Is. 24, 5; 42, 6; Jer. 34, 13; Ez. 17, 19, et alibi), sed etiam apud gentes vicinas nota erat temporibus antiquissimis. Ex fontibus cuneiformibus constat simili modo initum esse foedus inter principes Syriae septentrionalis Mati'ilu et Assurnirari. Immo, etiam Romanis similis ceremonia ineundi foedus, teste Livio (1, 24), nota erat.⁶³

Repetite dictum in v. 2. Fere omnes critici, praesertim schola wellhauseniana, ut distinctos fontes, aut saltem interpolatorem, vident in Gen. 15, 2 et 3, quia dicunt impossibile esse eundem auctorem altero versu repetere eandem sententiam. Ideo hic iterum confugiunt ad duos diversos fontes, quos hoc in loco compilatos vident, vel saltem eiiciunt v. 2 propter verba obscura: *mešeq*

⁶¹ U. Cassuto, o. c. 123—124, 126—127; A. Jirku, Geschichte des Volkes Israel, Leipzig 1931, 28—29; P. Heinisch, o. c. 18; F. de Hummelauer, o. c. 393—394.

⁶² U. Cassuto, o. c. 153—154.

⁶³ Heinisch, o. c. 231; Witzel, Keilinschriftl. Studien, 4/1924/66s; E. Schrader, Die Keilinschriften und das alte Testament, 1903, 330.

... *damméseq 'éli' ezer*. Attamen etiam hanc methodum sanae criticae et scientiae adversari nemo est qui non videt.

Si consideratur indoles linguae et stilus scriptorum semiticorum, praecise autem illorum S. Scripturae, saepissime apud eos occurrit illa forma litteraria propria stilo semitico, ut una eademque sententia pluries repeti solet, et quidem non solum in forma litteraria poetica, sed etiam in prosa. Haec indoles secundum hodiernam aestimationem peritorum etiam ad psychologiam indolem linguarum semiticarum pertinet, ut tali modo alicui sententiae emphasis imponant vel maiorem intensitatem sensuum suorum exprimant; ceterum ex obscuritate sensus, si quandoque occurrit, non eo ipso necessarie ad compositionem diversorum fontium confugiendum est.⁶⁴

3. Incertitudo sententiarum criticorum

In fine si recapitemus magnam varietatem sententiarum diversorum systematum criticorum, quae sibi invicem contradicunt et sese mutuo supplantare intendunt, nonne hae diversitates opinionum, hae incertitudines, immo et contradictiones, maxima dubia de earum valore et auctoritate scientifica eliciant? Ideo considerando methodum et argumentationes scholarum criticorum, quae saepe subjectivis suppositionibus sine scientificis fundamentis fundantur, porro considerando ipsas consequentias, ad quas haec methodus scientiam biblicam perduxerat, ut omnem seriam exegesim impossibilem redderet, neque ipse textus secundum eorum principia mutilatus aliquem sensum perspicuum dare potest, merito concludit memoratus auctor judaeus B. Jacob: »Maximum obstaculum recte intelligendi librum Pentateuchi est distinctio fontium more criticorum inducta.« Applicando hoc principium ad Genesim dicit: »In Genesi non datur neque fons P, neque fons J, neque fons E, sed unicus redactor, qui nemo alius est nisi solus auctor, sc. Moyses. Liber Genesis gaudet plena unitate interna, ab unico mente conceptus et elaboratus est. Omnes theoriae et hypotheses de origine libri Genesis ex variis fontibus secundum mentem criticorum erroneam viam persequuntur.«⁶⁵

4. Ipsum argumentum Gen. 15 innuit unitatem auctoris

In fine, si consideretur ipsum argumentum huius capituli secundum internum nexum, omnia quae narrantur, logice et psychologicè optime inter se connectuntur.

Post illam victoriam, in qua Abraham suum cognatum Lot de manibus hostium liberaverat Deoque gratias per sacrificium Melchi-

⁶⁴ Heinisch, o. c. 25; Bea, o. c. 79—80.

⁶⁵ B. Jacob, Das erste Buch der Thora, Genesis, Berlin 1934, 10.

sedek reddiderat, regressus ad locum suae commorationis in valle Mambre prope Hebron certe quandoque de sorte sua futura in terra aliena non omni ex parte secunda meditabatur, utrum quieta possessione frui posset, an reges vicini vindictam contra eum conspiraturi essent.⁶⁶

In tali situatione Deus suam paternam sollicitudinem Abrahae monstravit eumque ut suum servum electum confortatur et roboratur. Deus hanc sollicitudinem imprimis speciali revelatione Abrahae facta demonstrat promittens ei suam protectionem magnamque mercedem. Sed Abrahae non tantum interest de divitiis terrestribus, quas fortasse ex verbis divinis de mercede magna intellexerat, quantum de desiderio in intimis sui cordis, quo exspectabat solationem prolis. Haec enim apud homines natura honestos ut maximum solatium vitae terrestres considerabatur, ne scintilla vitae post mortem parentum omnino exstingueretur, sed ut in posteritate aliquo modo transplantaretur, cui suam substantiam terrestrem in hereditatem relinquerent. Certe in divina providentia talis psychologica dispositio apte eligitur a Deo ad communicandam Abrahae revelationem magni momenti, a qua deinceps fata futura oeconomiae salutis arcte connectuntur cum historia gentis electae ex Abraham nascituae.

Auctor sacer initio v. 1 verbis *'achar hadd' b' b' arim hā' elleh* in narratione a factis praecedentibus ad nova facta historica transitum facit et refert modo plastico et vivaci totum cursum sermonis inter Deum et Abraham. Deus confortat Abraham verbis: »Ego sum protector tuus, merces tua magna nimis!« Hac allocutione divina Abraham commonefactus et roboratus sollicitudinem cordis sui Deo manifestat verbis tali modo expressis; ut ex illis affectuosa effusio intimi desiderii cordis simul cum reverentia fiducia in Deum, continens humilem orationem, manifestetur. Deus quasi consulto evocare intendit huiusmodi Abrahae manifestationem fiducialem statimque adiungit promissionem prolis. Abraham credidit Deo, et per hunc actum fidei Abraham coram Deo iustificatur. Cum promissione divina de numerosa posteritate logice intime cohaeret quasi consequentia quaestio futurae habitationis istius. Si enim posteritas Abrahae fuerit numerosa, pro ea desideratur etiam terra spatiosa, ubi habitare potuerit.⁶⁷ Ideo Deus sollempniter adiungit etiam hanc

⁶⁶ Commentatores catholici: Heinisch, o. c. 229; Hetzenauer, Commentarius in Genesim, Graeciae-Wiennae 1910, Schuster-Holzammer, Handbuch zur Biblischen Geschichte, Freiburg in Br. 1910⁷, 393; ita explicant rationem timoris Abrahae. E contra B. Jacob, o. c. 389, auctor Iudaeus, dicit Abraham non habuisse huiusmodi timorem eo magis, quia memoratos reges devicerat, sed timorem expertum esse ratione miraculosae visionis divinae.

⁶⁷ G. Hoberg, Die Genesis, Freiburg in Br. 1908, 166.

premissionem, simul memoriam faciens, quomodo illum eduxisset de Ur Chaldeorum, et quod terram Chanaan daturus sit in hereditatem posteritati eius. Ad quaestionem Abrahae, quomodo scire possit eam possessuram esse, Deus sollemni ceremonia foederis promissionem suam confirmat. In hac ceremonia tum symbolice, tum expressis verbis per plura saecula sortem futuram posteritatis Abrahae praedixit eamque successuram esse loco 10 gentium tunc tempore terram Chanaan inhabitantium.

Ista igitur narratio tali stricto nexu interno logico et psychologico cohaeret, ut necessarie consequatur, quod nonnisi ab uno auctore originem suam ducere possit. Omnis divisio in plures fontes, respective in plures diversi temporis et varios auctores, textui gravem vim infert et consequenter necessario reddit sensum mutilatum et exegesim impossibilem. Haec interna unitas omnino concordat etiam cum unitate dispositionis totius libri Genesis, immo cum unitate totius libri Pentateuchi.

5. Conclusio

In fine ergo huius tractationis ad conclusionem pervenimus, quod omnia argumenta criticorum, allata ad probandam thesim de compositione Gen. 15 e fontibus J(ahvistico) et E(lohistico) nullum objectivum valorem habeant; ideoque non possunt labefactare traditionem israelitico-iudaicam et christianam constanter et inconcuse per millennia perdurantem, secundum quam totus liber Genesis cum omnibus suis partibus, ergo etiam cum capite 15, unico auctori Moysi tribuendus est, non exclusa possibilitate, quod Moyses in componendo hoc libro fontes historicos sui temporis adhibere potuisset, tamen omnino alio sensu ac in theoriis criticorum de fontibus, qui pluribus saeculis Moysi recentiores essent, proponitur.

